Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322275-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322275-p0002-5

Pra. 2. num. 4.
1767, 12a
12
P 457.

# DE LITTERIS CONVOCATORIIS AD COMITIA

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GEORGIO III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE

FIDEI DEFENSORE

DVCE BRVNSVICENSI ET LVNEBVRGENSI S. R. I.

ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDIS HONORIBVS

PVBLICE EXAMINI SVBMITTIT

GVILIELMVS AVGVSTVS RVDLOFF

MEGAPOLITANVS

GOETTINGAE D. XXV. APRILIS cIↄIↄLXVII.

KOENIGL. UNIVERS. ZU HALLE

LITTERIS BELGICIS IOANNIS HENRICI SCHVLZII, ACAD. TYPOG.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322275-p0003-1

# DE LITTERIS CONVOCATORIIS AD COMITIA.

## §. I.

### INSTITVTI RATIO.

In nobiliſſimis, iisque ampliſſimis Iuris publici noſtri capitibus haberi materiam de comitiis Germanicis, nemo ſane erit, qui neget. Nec defuerunt omni fere aeuo iuris conſulti, qui illuſtribus ſcriptis hunc emetiri campum ſibi ſumpſerint (a). Aſt quanta quanta de hac materia in orbe litterato exſtent ſcripta, omnino fatendum tamen videtur, cuncta adeo non eſſe exculta et pertractata, vt nihil prorſus inculti ſit relictum. E contraria parte plerique tantum non omnes in generalioribus, ſubſiſtere et aut maxime quotidiana, aut quae pro hodierno Germaniae ſtatu ſine vſu eſſe videntur, proferre, contenti fuerunt (b). In primis vero quae modum conuocandi ad comitia, et inſignia exinde conſectaria ſpectant

nullibi plane excuſſa, certe a nemine adhuc, quantum ſcio, ſeorſim pertractata eſſe conſtat. Quapropter, non adeo alienum eſſe, aut ſaltem non actum agi mihi videtur hoc caput iuris publici pro argumento praeſentis tractationis ſeligi, et quantum per virium imbecillitatem licebit, ex inſtituto pertractari.

(a) Quorum amplum catalogum exhibet MOSER *im teutſchen Staats-Recht P.* 43. *p.* 406. *ſ.* Ill. PÜTTER *in elem. Iur. publ. Tom.* 1. *p.* 286. *ſ.* (edit. 1766).

(b) De his intelligendus MOSER *in Praecognitis Iur. publ. p. m.* 101. „Es wäre ja viel geſcheuter, es ſchriebe jemand eine Diſſertation, ob und in wie ferne der Status pacis Badenſis in denen Relig. Grauaminibus zur Norm geſetzet worden ſey cet. - - - als wenn man die ſo oft abgedroſchene Materien von der Kayſer-Wahl, von denen Vorzügen der Churfürſten, von den Reichstägen u. d. ohne das geringſte Neues dabey zu ſagen, wieder zu Markt bringet. „

## §. II.

### TOLLITVR OBIECTIO.

Verum obiicies forſitan et hanc materiam hodie ab omni vſu eſſe alienam, quum iam vltra ſeculum ab anno inde 1663. perpetua comitia perdurent, nec veri ſit ſimile, eadem eſſe ceſſatura et noua ſub formalibus ſolitis conuocatum iri. Verum primo non ſolum, quae quotidie occurrunt, ſed et quae obtinuerunt quorumue ratio in praeſenti Germ. Statu adhuc adeſt, vt ſemper et hodie obuenire queant, pertractanda eſſe puto; deinde contingenter tantum et per accidens comitia noſtra ſunt perpetua, eaque propter haec materia minime elimi-

eliminanda, praeſertim quum ipſa Capitulatio Caeſarea (a) adhuc contrarium caſum ſupponat, et de eo diſpoſitionem contineat; tandem, quod praecipuum eſt, doctrinae ex hoc argumento dependentes, aut cum eodem connexae, inſignes adeo ſunt, vt et hodie vtramque faciant paginam et ſummum quotidie vſum non praebere non poſſint, et ſic haec materia ſterilis et vſu deſtituta nullatenus dici poterit. Non itaque deterruit me a propoſito obiectio iſta, incitauit potius, vt ita ſcriberem, vt eamdem hic prorſus alienam eſſe, omnem nauaſſe operam viderer. Quapropter in tradenda hac materia ita ſum verſatus, vt collectis vndequaque, quantum attingere licuit, documentis et actis publicis, et his ceu genuinis et purioribus fontibus, quae memoratu digna erant notauerim, et in praeſenti tractatione in ſyſtemate concatenare conatus ſim. Is mihi ordo praecipuus viſus eſt, vt praemiſſis paucis generalioribus de iure conuocandi, quae praemittenda neceſſario erant, primo originem et antiquiora veſtigia modi conuocandi praeſentis indagarem, et tunc ſingula momenta in litteris conuocatoriis ipſis aggrederer. Admodum manca et imperfecta haec fore lubenter profiteor: aſt licet deſint vires, haut vituperanda tamen erit voluntas.

(a) Art. XIII. §. 1.

## §. III.

### IVS CONVOCANDI DEBETVR IMPERATORI.

Ius indicendi et conuocandi comitia capiti reipublicae competere ex I. P. vniuerſali edocemur, et ſimili modo conuocatio comitiorum in imperio Romano Germanico Imperatori ceu indubio ſum-

 mo

mo imperii capiti (*des heiligen R. R. allerhöchſtem Oberhaupt*) notaria, eaue haut interrupta firmatur obſeruantia (a). Non deſunt quidem exempla comitiorum a Rege Romanorum vice Imp. indictorum, quae inter nota inprimis ſunt a Ferdinando I. viuo Carolo V. habita (b); ſed tantum abeſt vt veritati theſeos prolatae derogent, vt eandem potius optime confirment, ſiquidem non niſi vice et ex mandato Imperatoris conuocatio facta eſſe in Receſſibus tantum non omnibus dicatur (c). Eodem quoque modo olim a Camera Imperiali (d), et regimento imperii (e) ex poteſtate Imperatoris delegata comitia conuocata eſſe conſtat.

(a) v. MOSERS *Staats - Recht Th.* 43. *p.* 452. Ill. PÜTTER *Elem. I. P. T. I. p.* 289. (ed. 1766). conf. quoque CAPIT. *art.* XIII. §. 1. add. MOSER *ad Capitul. Car. VII. T. II. p.* 410. *ſq.*

(b) v. g. 1535. 1542. 1555. 1557.

(c) R. I. 1542. Spirae §. 3. „So hat dem allen nach die *Kayſerl. Maj.* für eine hohe groſſe Nothdurft bedacht, einen gemeinen Reichstag *ausſchreiben zu laſſen*, wie dann *wir* (ſc. Ferdinandus Rex Rom.) *aus Ihr. Kayſ. Maj. Befehl* ſolchen - - *ausgeſchrieben.*„ R. I. 1542. Norimb. §. 36. verbis „*im Nahmen* und *an ſtatt der Kayſ. Maj.*„ R. I. 1555. §. 4. „So haben Ihr. Lbd. und Kayſ. Maj. uns, als Röm. Kön. freundlich und brüderlich erſucht, daſs wir in Ihr. Maj. Abſeyn Ihr. Lbd. u. Kayſ. Maj. *verweſen*, und *dieſen Reichstag beywohnen ſolten*, Uns auch *vollmächtigen* abſolute und ohne hinter ſich bringen *Gewalt gegeben* - alles das fürzunehmen zu handeln und zu ſchlieſſen u. ſ. w. zu dem uns auch *Ihre Kayſ. Commiſſarien zugeordnet*„ etc. R. I. 1557. §. 1. verbis: „wir *im Nahmen* und *an ſtatt der Röm. Kayſ. M. ein andern Reichstag* - fürgenommen„ vide quo-

quoque Ill. PÜTTER *l. c. T.* II. *p.* 1035. et STRVVIVM *in Corp. Iur. Publ. Cap.* XXIII. *p.* 819.

(d) L. F. 1495. §. 6. „geben wir hiemit Macht unſerm Cammer-Richter *von unſern wegen* uns nnd die Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs fürderlich an gelegenen Wahlſtatt zu *beſchreiben* „ etc. Conf. OHLENSCHLAGER *Einleitung zu den teutſchen Reichs-Abſchieden c.* 8. §. 13. in fronte *der neueſten Samml. der R. A. Francof.* 1747. *Tom.* I. Quae vero poteſtas inſtituto regimento ad hoc tranſiiſſe videtur.

(e) MOSERS *Staats-Recht l. c. p.* 500. *ſ.*

## §. IV.

### AN MOGVNTINO COMPETAT.

Electori quoque Moguntino ius quoddam conuocandi comitia tribuendum eſſe, ex R. I. 1497. §. 7. et R. I. 1572. §. 10. videri poſſet, ſed modo penitius hoſce paſſus inſpicias, non de indictione *comitiali*, ſed de conuocatione Statuum ad conuentum inter ſemet ipſos celebrandum, quae citra dubium Moguntino tanquam directori inter ſtatus debetur, ibidem ſermonem eſſe adparebit; ſiquidem expreſſis verbis iſta a Moguntino indicenda congregatio, proximis habendis comitiis opponitur. Multo maioris ponderis eſt notiſſima in Iure publico quaeſtio, quatenus in interregno vicariis imperii ius indicendi comitia competat, cuius autem pleniorem expoſitionem ad ſcopum praeſentem minime facere exiſtimo (a).

(a) cf. ill. *Iul. Melch.* STRVBEN *de iure comitiorum S. R. G. I. in interregno* cum praef. ill. *G. H.* AYRERI Goett. 1746. et eidem oppoſitum ſcriptum *Ign. Chriſtoph.* LORBER *a* STOERCHEN

*an S. R. I. vicariis competat ius comitia imperii vniuerſal. indicendi etc.* Bamb. 1759. (*Goett. gel. Anz.* 1760. *p.* 131. *ſ.*)

## §. V.

### MODVS CONVOCANDI ANTIQVIOR.

Haec de iure conuocandi Imperatori competente; iam de modo diſpiciendum erit, quo ipſo propius ad finem huius tractationis accedimus. Sed multum hoc intuitu intereſt inter antiquiora ac recentiora tempora; id quod ante omnia ad indagandas iuris hodierni origines hic notandum eſſe videtur. Quod enim ad modum conuocandorum ſtatuum ad comitia antiquum attinet, vti ſolebant Imperatores edicto generali, quo per vniuerſum imperium comitia habenda indicentes, omnes veluti in ſolle, conuocabant (a). Ratio eius contineri mihi videtur, tum in potentia et eximia Imperatoris per imperium auctoritate, qua vnico iuſſu ſtatus ad celebrandam curiam euocare valebat, tum in multitudine eorum qui conuocandi erant, ſiquidem ſtatuum ſingulorum numerum multo maiorem quondam fuiſſe teſtatum ſit, quos ſeorſim conuocare temporibus praeſertim medii aeui incommodum fuiſſet.

(a) Sic v. g. de Alberto I. Imp. teſtatur *Siffridus Presbyter* ad a. 1302. ap. PISTORIVM *in Scriptt. R. G. p.* 702. „Rex facto edicto omnibus principibus praecepit vt ad curiam ſuam - conuolarent„ de Henrico II. *Ditmarus Merſeb. L. VII. p.* 413. „Principes noſtri edicto Caeſaris ad Goſleri conueniunt„ v. ARVMAEVS *de comitiis c.* 5. *n.* 1.

§. VI.

## §. VI.

### ORIGO SPECIALIS CONVOCATIONIS; SVB FRIDERICO I.

Sed licet hic modus communis comitiorum indicendorum fuerit, mox tamen occurrunt exempla, vbi iam litteris ſpecialibus ſtatus ad comitia inuitari coeperunt. Quum in iis initia hodiernae conuocationis deprehendantur, non abs re erit, quantum progredi licet, prima huius rei exempla proferre, Antiquiſſimum eorum ſub Friderico I. Imp. obuenit, cuius iam litterae ad Eberhardum Archiepiſco pum Salisburgenſem directae, quibus Cremam ad comitia euocatur, memoriae ſunt proditae (a). Verum ex earum inſpectione videbis minime iam ipſas pro litteris ſpecialibus conuocatoriis ad comitia, ſcilicet eum tantum in finem, vt iis comitia indicentur, emiſſae, eſſe habendas, ſed potius vti de aliis rebus ad Archiepiſc. reſcribit Imperator, et praeſertim, quod ad Papienſia comitia vocatus, non comparuerit, eum reprehendit, ita, vt in curia Cremenſi compareat, grauiter eum commonet. Vix igitur ac ne vix quidem veſtigia recentioris vocandi modi ibidem reperiuntur.

(a) vid. GOLDASTVS *in Conſtit. imp. T. I. p. m.* 276. ex quo integras litteras *ſub litt. A.* infra adiunximus.

## §. VII.

### SVB LVDOVICO BAVARO.

Sub ſequentibus Imperatoribus poſt Fridericum I. de eiusmodi conuocatione nec vola nec veſtigium adparet, vsque dum a ſeculo inde decimo quarto non ſolum frequentiores tales litterae occurrunt, ſed

pro-

propius quoque ad modum conuocandi recentiori aeuo vſitatum accedunt, ita vt in iis temporibus ſane origo eiusdem detegi poſſe videatur. Sic de Ludouico Bauaro variae nobis reliquae ſunt litterae conuocatoriae; ad Adolſum II. Epiſcopum Leodienſem, ad comitia Colonienſia, d. d. Cal. Februar. 1338 (a); ad capitulum Leodienſe, ad comitia Francofurtana d. d. Francof. 23. Aprilis 1338 (b); ad Henricum Abbatem Fuldenſem, ad eadem comitia, d. d. Francof. 8. Iulij 1338. (c) quas huic diſſertationi in calce adiicere non alienum eſſe videbatur (d).

(a) LÜNIGS *Reichs-Archiv ſpicil. eccleſ. P. I. p.* 515.

(b) LÜNIG *l. c. pag. cit.*

(c) SCHANNAT *Hiſtor. Fuldens. Cod. prob. p.* 216.

(d) vid. Adiuncta B. C. D.

## §. VIII.

### SVB SEQQ. IMPP.

Poſt Ludouicum Bauarum ſequentes Imperatores eundem modum conuocandi per litteras ſpeciales ſequuti ſunt. De Carolo IV. hoc teſtantur litterae ad ciuitatem Argentoratenſem directae d. 1355. quibus comitia Norimbergenſia indicuntur (a). De Wenceslao itidem ſuperſtites nobis ſunt litterae, quibus eadem ciuitas ad comitia Norimbergae celebranda 1399. euocatur (b). Sigismundus eadem ratione ciuitatem Spirenſem 1437. ad comitia Egrana conuocauit (c), nec de Alberto II. eiusmodi iitterae conuocatoriae deſiderantur ſcil. ad comitia Norimbergenſia 1438. ad ciuitatem Vlmae emanatae (d). Poſt hunc vero a Friderici III. temporibus inde, quam frequentes occurrant tales litterae, neminem fugere poteſt.

(a)

(a) OHLENSCHLAGER *Erläut. der güld. Bulle Adp. docum. n.* I. vid. *Adi. E.*

(b) MÜLLERI *Reichstags Theatr. Frid.* III. *P.* I. *p.* 17. vid. *Adi. F.*

(c) LEHMANNI *Chron. Spirenſe p. m.* 830. vid *Adi.* G.

(d) WENKERI *adpar. archiu. p.* 336. vid. *Adi. H.* quas litteras Sigiſmundo, ſed falſo adſcribit STRVVIVS *in C. I. P. p. m.* 819. *n.* 25. et PFEFFINGER *ad Vitriar. T. IV. p.* 287. Eundem Imp. Albertum et alios ſtatus talibus litteris conuocaſſe, teſtantur inſigniter notabilia ipſius verba in loco citato: "dazu wir dann Fürſten, Herren und Stätte beſchaiden, und mit *unſern Briefen* verkündt haben -„

## §. IX.

### DETERMINATIO VERAE ORIGINIS

Haec praemittenda eſſe duxi, vt exinde, cui praeſertim aeuo iuris hodierni origo debeatur liceat definire. Ex antea dictis patet, non de Ludouico Bau. tantum litteras conuocatorias actu adeſſe, ſed et Imperatores eum ſequentes in ſerie haut interrupta eundem modum conuocandi adhibuiſſe. Fortiſſimum exinde mihi videtur inſerri argumento, a Ludouici temporibus litteras conuocatorias inualuiſſe et ſic huic aeuo citra dubium earum originem eſſe adſcribendam. Minime igitur rem tetigiſſe habendus eſt ARVMAEVS (a), Friderico III. primas litteras conuocatorias tribuens, neque magis MÜLLERO (b) et STRVVIO (c) aſſentimus, initium earum a Wenceslao demum deriuanti, quum ex ipſis rerum argumentis contrarium ſatis adpareat. Ceterum fatendum, non ſtatim has litteras hodiernam induiſſe formam,

ſed valet et hic, quod in aliis Iuris publici negotiis vſu venit, paullatim et de die in diem ipſas magis magisue ad hodiernum ſtylum eſſe redactas.

(a) in tr. *de comitiis C. V. p. m.* 242.
(b) in *Reichstags-Theatro Frid.* III. P. I. pag. 17.
(c) in *Corp. I. P. p.* 819.

## §. X.

### LITTERAE CONVOCATORIAE HODIERNAE A QVO PROFICISCANTVR.

Hodie igitur modus conuocandi ad comitia abſoluitur ſingularibus litteris, ad ſingulos ſeorſim directis, quas *litteras* ad comitia *conuocatorias*, *Reichstags-Ausſchreiben*, *Kayſerl. Berufungs-Schreiben* adpellare ſolemus. Quum conuocatio ad comitia ſoli Imperatori per Germaniam debeatur (§. 6.), has quoque litteras a nemine, niſi ab Imperatore proficiſci poſſe, in aprico eſt. Interim, vti ſupra (§. cit.) exempla conuocationis a Rege Rom. factae adduximus, ita nec ipſae litterae conuocatoriae a Rege Romanorum emanatae deſiderantur. Duas eiusmodi a Maximiliano I., viuo adhuc Imp. Friderico III. 1489. ad Fridericum Electorem et Ioannem Ducem Saxoniae emiſſas exhibet MÜLLERVS (a), ſed vtraque conuocationis iam antea ab Imp. factae mentionem faciunt, nec alia ratione Rex Roman. eandem per has litteras iteraſſe videtur, quam quia vice et loco Imperatoris conuocatis comitiis intereſſe debebat (b).

(a) in *R. T. Theatro Maxim. I. P. I. p. m.* 88. *ſ.*
(b) ambas litteras huic diſſert. adiectas habes ſub *litt. I. K.*

§. XI.

## §. XI.

### LITTERAE CONVOCATORIAE MOGVNTINI.

Electori Moguntino ius conuocandi comitia deberi, ſupra (§. 4.) negauimus. Singulare autem exemplum litterarum Archiepiſcopi Moguntini Conradi III. ad Epiſcopum Auguſtanum exhibet MÜLLERVS (a), quibus hic ad comitia imperialia 1426. vocatur. Ex earum autem perluſtratione non ſolum Moguntinum, ſed et ceteros Electores Archiepiſcopos ex ſpeciali mandato Sigismundi Imp. tum temporis bello Bohemico diſtenti, ſtatus ad comitia conuocaſſe patet, nec vero abſimile videtur, non ſolis Electoribus eccleſiaſticis, ſed ſecularibus quoque a Caeſare id negotii eſſe commiſſum, vt ſtatus quilibet ſibi viciniores ad comitia auſpiciis Imperatoris habenda inuitaret (b). Hoc igitur modo *a*) non ſolus Moguntinus, ſed et reliqui Electores *b*) non vi ſui officii, ſed ex ſpeciali Imperatoris abſentis mandato, conuocationis munere ſunctus eſſe cenſendus eſt.

(a) *l. c. T. II. p.* 25.

(b) Eſt haec opinio MVLLERI *cit.* In ipſis quidem litteris expreſſe tantum dicitur a Caeſare tale mandatum ad Elect. Archiep. eſſe directum, verbis: „ Eſtque -- regis mandato diffinitum, quod conſanguinei noſtri memorati Domini, *Otto Treuirenſis*, *Theodoricus Colonienſis*, *atque nos*, *quisque ſingulos Epiſcopos ſuffraganeos*, *confratres noſtros ad nos et noſtras Metropoles ciuitates pertinentes*, ad conueniendum vna nobiſcum - - inuitare debeamus et teneamur. „ Enim vero 1) in celebrando conuentu, *omnes Principes*, *Comites*, *Barones et Communitates* comparituri eſſe dicuntur, 2) idem Caeſaris legatus, cui negotium de conuocatione comitiali concreditum erat, et ad ceteros Ele-

ctores ex eadem cauſſa erat directus et 3) hic conuentus generalis ab Imp. et omnibus Electoribus definitus dicitur, „ - praelibati Domini noſtri Rom. Regis, *Principum Coëlectorum atque noſtri parte* ibidem inter cetera indicta et deputata fuit Dominica dies - - pro generalis conuentionis termino. „ Ex quibus omnibus non inſipide inferendum puto, principes Electores ſeculares ſtatus vicinos, ſicuti Electores eccleſiaſtici ſuos ſuffraganeos, inuitaſſe.

## §. XII.

### PERSONAE CONVOCANDAE SVNT OMNES STATVS IMPERII.

Perſonae, quae talibus litteris hodie conuocandae ſunt, in genere ſunt omnes, qui nomen *ſtatus imperii* gerunt (a); atque quum iſta qualitas recte abſolui dicatur, *iure voti et ſeſſionis in comitiis* (b), hae litterae dirigendae ſunt ad omnes, qui voto et ſeſſione in comitiis gaudent, et quidem ſine vlla diſtinctione, ſiue vota virilia ſiue curiata tantum ferre valeant. Quumque porro ius voti et ſeſſionis hodie notorie territoriis inhaereat, tot litteras conuocatorias emanare conſtat, quot ſunt territoria, ob quae votum et ſeſſio in comitiis exercetur. Proinde ſi ſtatus diuerſa territoria poſſidet iure voti et ſeſſionis praedita, totidem litteris ipſe ad comitia euocandus eſt (c). Recentioris hoc iuris tantum eſſe, nemo non videt; quum enim olim ante 1582. votum et ſeſſio perſonae cohaerere videbatur (d), ob plura territoria ſingularibus litteris opus haut fuit. Interdum tamen teſte obſeruantia hoc non attenditur, vbi durantibus comitiis, territorium cum iure voti ad ſtatum ſiue ſucceſſione, ſiue aliunde deuoluitur. Hoc

enim

enim caſu non peculiares litteras conuocatorias accipit, ſed ſtatim ex perſona defuncti votum continuat. Ita actu obſeruatum eſſe teſtatur ARVMAEVS, (e), dum Comes Palatinus Richardus durantibus comitiis Ratisbonenſibus 1598. deceſſit, quo facto nempe Fridericus IV. Elector Palatinus ipſo iure eius votum ad ſe deuolutum continuauit.

(a) Sicuti optime rem exprimit *v.* HERDEN in *Grundfeſte des H. R. R. teutſch. Nation* 1. *St. c. V. p. m.* 37.

(b) V. Ill. PÜTTER in *Elem. I. P. T. I. p.* 152.

(c) MOSER *Staats-Recht T.* 44. *p.* 26.

(d) Cf. *Moſeriana P. I. p.* 1. *ſqq.*

(e) *de comitiis c.* 7. *n.* 125. *p. m.* 541. *ſ.*

## §. XIII.

### ETIAM NON INVESTITI.

Num ſtatus ab Imp. nondum inueſtiti litteras conuocatorias accipere debeant, ſuperiori ſeculo multum eſt diſputatum. Huc refer controuerſiam in comitiis Ratisbonenſibus 1608. agitatam, vbi Commiſſarius principalis Archidux Ferdinandus, Friderico Duce Wirtenb. durantibus comitiis fato functo, legatos Wirtenbergicos a ſeſſione excludi volebat, vsque dum nouus Dux Ioannes Fridericus aut indultum, aut inueſtiturae renouationem a Caeſarea Maieſtate impetraſſet, (a). Quod ad obſeruantiam imperii attinet, ex ea nullum eſt dubium, et principes nondum inueſtitos ad comitia vocari, iisque intereſſe *poſſe*. Optime eam in controuerſia modo dicta probarunt legati Wirtenbergici, allegantes caſus plures vbi ſine indulto et inueſtitura ſtatus in comitiis vota geſſerunt (b). Pertinent huc etiam a legatione

Brandenburgica ad Capitul. Ferdinandi IV. 1653. monita: " vt ordines ob nondum acceptam inueſtituram, aut indultum, vbi extra culpam fuerint, ſeſſione ac ſuffragio in conuentibus ne arceantur„ (c) Accedunt rationes iuris, ſtatus non inueſtitos et conuocari *debere* euincentes. Nam 1) ius ſuffragii eſt territorio inhaerens, territorium vero quum non demum per inueſtituram conferatur, ſed tantum confirmetur, et ius ſuffragii iam citra inueſtituram competit; qui vero iure ſuffragii gaudet litteris conuocatoriis ad comitia inuitandus eſt; (§. praec.) 2) multo magis hoc locum habet durante adhuc tempore legali anni et diei, aut indulto, vbi ſcilicet obligatio ad petendam renouationem inueſtiturae nondum eſt violata, hinc nec propter violationem in poenam ſtatus a comitiis excludi poteſt; 3) eodem vero elapſo, nec petita renouatione dubium maxime eſt, an rigor iuris feudalis Longobardici in ſtatibus, obtineat (d) certe tamen Imperatori neutiquam licebit, ſine conſenſu reliquorum ſtatuum a comitiis aliquem excludere (d). Hodie ſane nullum eſt dubium, tales ſtatus ad comitia eſſe vocandos, quum perſrequenter contingat, vt ſtatus non inueſtiti ſuffragia in comitiis ferant (f).

(a) Enarrat hanc controuerſiam BVDER *in amoenit. I. publ. p.* 123. Acta de eadem inter reliquos ſtatus in comitiis ventilata v. ap. MOSERVM *l. c. P.* 44. *p.* 13. *ſ.*

(b) verbis: " Damit ſie aber nicht in dem Verdacht blieben, als ob ſie etwas neues tentiren wolten, ſo wäre ex quotidiana obſeruatione darzuthun, daſs A. 1593. Herzog Ludewigk zue Wirtenberg im Auguſto verſtorben; als nun Anno 1594. der Reichstag angangen, wären I. F. G. ſeeliger in *Schriften* und durch Legation *erſucht und gebeten worden*, Ihrer Maieſtät zu unterthä-

thänigſter Ehren auf dem Reichstag zu kommen; I. F. Gn. hätten ſich auch eingeſtellt *und weder Indult noch Inueſtituram gehabt:* Es wäre auch jedermann damit zufrieden geweſen. 2) ſo wären A. 78. der Churfürſt zu Brandenburg geſtorben, da ſich dann alsbald der ietzige regierende Churfürſt in währendem Reichstag legitimirt - 3. ſo wäre eod. anno Pfalzgraf Richard gleichfalls vor Ausgang des Reichstags verſtorben, darauf ſich alsbald der Churfürſt zu Pfalz legitimirt, wie die Protocolle auswieſen und hätten S. Churfürſtl. Gn. *kein Indult gehabt.* 4) A. 1603. wäre H. Ulrich von Mechelburg gleichfalls verſtorben und obgleich I. F. G. Geſandten vom Reichstage gezogen, ſo hätte doch jeziger Succeſſor legitimationem überſchickt *und kein Indult gehabt.* „ vid. BVDER *l. c.*

(c) MOSER *ad Capit. Car. VII. P. II. p.* 12.

(d) PÜTTER *l. c. T. II. p.* 660.

(e) *Capitul.* (1658.) *Art. I.* §. 3. "Und ohne der Churfürſten, Fürſten und Stände vorhergehende Einrath- und Bewilligung keinen Reichs-Stand, der ſeſſionem et votum in den Reichs-Collegiis hergebracht hat, davon (1742.) prouiſorie, noch in ſonſtige Weiſe ſuſpendiren und ausſchlieſſen.„

(f) MOSER *Staats-Recht l. c. p.* 25.

## §. XIV.

### DE STATIBVS ECCLESIASTICIS.

Quod ſpeciatim ad ſtatus eccleſiaſticos attinet, in his quoad conuocationem ad comitia, ſedes vacans et impedita, a ſede plena diſtinguenda eſt. Sede plena ipſum conuocandum eſſe praeſulem per ſe patet, ſed id quaeritur, num confirmatio, vel admiſſio papalis adeſſe

eſſe debeat, aut ſine eadem electus, vel poſtulatus conuocari poſſit. Generaliter hoc adfirmant doctores, ſed minus recte. Etenim 1) in electione diſſidioſa, ante omnia ex hodierna obſeruantia deciſio curiae papalis, et ſic confirmatio alterutrius electi neceſſaria eſt, antequam ad comitia vocari queat; ſed 2) electione in concordia facta, etiam nondum confirmatos ad comitia conuocari poſſe, et Iuris publici et canonum rationes teſtantur. Secundum hos enim praelati extra Italiam conſtituti et ante confirmationem papalem adminiſtratione temporalium et ſpiritualium gaudent, modo concors electio fuerit, pro qua praeſumtio electionis canonicae in his militat (a). Ex illo vero ſtatus eccleſiaſtici in negotiis imperii non vt Archiepiſcopi, Epiſcopi cet., ſed vt domini territoriorum, cui ius comitiorum inhaeret, conſiderantur; ius autem in territorium ipſa electione transfertur nec a Papali pendet confirmatione (b). Accedit praeterea clara imperii obſeruantia, quum 1555. comitiis Auguſtanis Daniel Archiepiſcopus Moguntinus, 1567. comitiis Ratisbonenſibus, Iacobus Archiepiſcopus Treuirenſis, Fridericus Colonienſis, et Dauid Epiſcopus Ratisbonenſis, antequam a Pontifice fuerint confirmati (c), interuenerint. Porro quum confirmatio papalis hodie inueſtituram regalium in aula Imperatoris petendam antecedat, et nondum inueſtitos ſtatus eccleſiaſticos comitiis intereſſe poſſe, liquet.

(a) *c. 44. X. de electione et electi poteſtate.*

(b) Vid. *Auctor der Grundfeſte 1. St. c. 5. n. 1. p. m.* 37.

(c) Patet hoc ex ſubſcriptione horum receſſuum; ſic R. I. 1555. nomine Moguntini ſubſcribitur: "von wegen Daniel *erwählten* zu Erzbiſchoffen von Maynz" R. I. 1567. "Iacobs *erwählten* zu

Erz-

Erzbiſchoffen von Trier - - Fridrichs *erwehlten* zu Erzbiſchoffen von Cölln - Dauid *erwählter* Biſchoff zu Regensburg. „

## §. XV.

### DE ECCLESIASTICIS A. C. ADDICTIS IN SPECIE.

Quoad ſtatus eccleſiaſticos reformationem Lutheri amplexos reſeruatum eccleſiaſticum varia impedimenta ratione voti in comitiis excitauit (a). In primis a temporibus inde Rudolphi II. continuae fere ſunt Euangelicorum querelae, ſtatus eccleſiaſticos Auguſtanae confeſſioni addictos, aut ad comitia litteris plane non inuitari, aut certe ad ſeſſiones et ſuffragium non admitti (b). In pace Pragenſi 1635, quidem Euangelicis tranquilla poſſeſſio bonorum eccleſiaſticorum, quae 1627. tenuere, ad XL. annos firmabatur, ſed ita, vt per hoc tempus ſuffragia, propter ea in comitiis gerenda, plane quieſcant (c). Tempore pacificationis Weſtphalicae, vbi de tollendis grauaminibus agebatur, inter eorum praecipua referebant Euangelici, ſtatus eccleſiaſticos A. C. addictos ad comitia euocandos et ad votum ibidem ferendum admittendos eſſe (d), abolita plane XL. annorum in pace Pragenſi ſtatutorum obſeruantia (e). Atque his denique conuenienter (f), in *Inſtr. P. O. A. V.* §. 21. *ſancitum eſt*, vt ſtatus eccleſiaſtici A. C. addicti *ad vniuerſales aeque, ac particulares - - conuentus imperiales litteris ſolitis euocentur et ſuffragii iure fruantur*, adoptato tamen ſimul §. 15. reſeruato eccleſiaſtico, et ad normam anni decretorii redacto.

(a) cf. *auct. der Grundfeſte l. c. p.* 38.

(b) Sic 1594. apud Imp. conquerebantur Euangelici: "Es gereicht der A. C. Verwandten zu unträglicher Beſchwerden, daſs ſie bey jetziger Reichsverſamlung befinden, daſs etliche fürnehme Stände auf der geiſtlichen Bank von ihren gebührenden Seſſionibus - abgehalten, theils auch gar nicht beſchrieben worden - - allein aus der Urſach, daſs ſie ſich zur Religion der A. C. bekennen.„ et 1598: daſs etlichen Ständen der A. C. gebührende Seſſiones und Stimm auf der geiſtlichen Bank bishero verweigert und zu deſſen Beſcheinung der geiſtliche Vorbehalt praetendirt wird.„ item 1613. "So gereicht den Euangel. Ständen zu nicht geringer Beſchwerung, daſs etliche vornehme Stände auf der geiſtlichen Bank von ihren gebührenden Seſſionibus abgehalten, theils auch gar nicht beſchrieben worden - - allein aus der Urſach, daſs ſie ſich zur Euangeliſchen Religion bekennen.„ MOSERS *Staats-Recht P. XI. p.* 136. *ſqq.*

(c) *Prager Frieden-Schluſs* §. 4. et 9. verbis: "Anlangend die Seſſiones und Vota -- deren ſich ſonſt die A. C. Verwandte Stände, wegen der in ihrer Innhabung begriffenem, oder Kraft dieſes Friedens-Schluſſes wider dahin gelangenden immediat-Stifte hätten gebrauchen wollen, iſt es dabey verbliben, daſs dieſelbe Seſſiones et Vota die benannte 40. Iahren über bey Seite geſtellt und dieſelbe Conuentus und Verrichtungen nichts deſto weniger -- ausgeſchrieben -- werden ſollen.„ *Neueſte Samml. der R. A. T. III. p.* 536.

(d) Ita 1646. Menſe Apr. monebant: "Die R. K. Maj. werde - dieſelbe (ſc. ſtatus eccleſiaſticos Euang.) - mit gehörigen Titeln zu Reichs-Conuenten verſchreiben, wie ihnen den Seſſio et Votum -- keinesweges denegirt werden könne.„

(e) quam pacis Pragenſis ſanctionem ſeruare cupiebant Catholici, ſed grauiter reſpondere Euangelici "die Euangeliſchen Primas,

Erz-

Erzbiſchöfe und Prälaten - ſollen zu Reichs - Deputations - und Reuiſions - Tägeu mit ihren gehörigen Titeln beſchrieben und ad Votum et Seſſionem admittirt werden.„ Proponebant igitur legati imperiales: " Den Euangel. Erz - und Biſchöfen, cet. ſo liberam Electionem hätten, ſolle Votum et Seſſio auf general- und ſpecial - Reichs - Conuenten eingeräumt werden.„ Hoc facto per annum fere adhuc de hac re, et in primis de erigendo ſcamno transuerſo diſputabatur, vsque dum 1647. m. Martio partes de paſſu, prouti in I. P. O. A. V. §. 21. iacet, conueniebant.

(f) Conſulebantur 1646. de hoc momento ab Imp. varii Catholicorum Theologi, inter quos Moguntini et Banari praecipue reſpondebant: *poſſe concedi haereticis talium bonorum poſſeſſoribus Seſſionem et votum, Imperatore et ſtatibus conſentientibus.*

## §. XVI.

### DE CONVOCATIONE CAPITVLI.

Sede vacante ex longaeua imperii obſeruantia conuocantur capitula ceu legitimi ſedis in ſpiritualibus et temporalibus adminiſtratores I. P. O. a. V. §. 17. Teſtes ſunt tot receſſuum imperii ſubſcriptiones, nomine capituli factae (a), et optime hoc confirmat argumentum et I. P. O. A. V. §. 21. capiendum, vbi ſede vacante capitula Epiſcopatuum Euangelicorum conuocanda dicuntur, quod et in catholicis dicendum eſſe, dubium haut eſt. Similiter etiam ſequuta electione, at diſſidioſa, capitulum adminiſtrationem omnino continuat, et ſic etiam litterae conuocatoriae non niſi ad illud dirigendae ſunt. Quapropter quum in electione Colonienſi 1688. inter Cardinalem Furſtenbergicum et Ioſephum Clementem Bauariae Ducem

controuerſa, ille negotia comitialia ſibi arrogare tentaret, legato reſpondit collegium electorale, nihil omnino ab eodem eſſe producendum, ſi ſeſſionem et votum continuare vellet, quam quod nomine capituli, ſibi eſſet reſcriptum (b).

(a) Recenſum de iis exhibet PFEFFINGER *in Vitriario illuſtr. T. IV. p.* 297.

(b) Acta de hac controuerſia v. ap. MOSERVM *l. c. P. XII. p.* 22. *ſ.*

## §. XVII.

### IN LITTERIS CONVOCATORIIS ATTENDITVR MODVS SVCCEDENDI.

In conuocatione comitiali ſtatuum ſecularium, Electorum videlicet, Principum et comitum, ratione perſonarum conuocandarum, multum pendet ex ſucceſſione in quauis familia illuſtri ſtabilita. Sic I.) vbi ius primogeniturae obtinet, ſolus primogenitus, ceu territorii, cui ius ſuffragii adhaeret, dominus, litteris conuocatoriis ad comitia inuitatur; nec ea differentia hic attendenda cenſetur, ſiue in exercendo ſuffragio ſecundo geniti in conſilium adhiberi debeant, ſiue ſecus, ſiquidem haec ad iura domeſtica familiae pertinent, ratione imperii autem in conuocatione ad ea reſpici nequit, ſed quum ſolus primogenitus territorium, cui votum iunctum eſt poſſideat, ſolus litteras conuocatorias accipit. II.) Vbi territorium, propter quod votum in comitiis geritur inter plures diuiſum eſt, vnum quidem votum ferri in comitiis manifeſtum eſt, ſed quum ſinguli tamen hoc votum participent, et ſic hoc intuitu veram ſtatuum qualitatem ſuſtineant, omnes litteras conuocatorias accipiunt. Haec tamen adhibenda diſtinctio:

ſi plures territorium pro indiuiſo poſſident, ad omnes in ſolidum litterae mittuntur, ſin in certas portiones diuiſum eſt, quilibet pro portione, de qua ab Imperatore inueſtitur, euocandus (a). Ex dictis itaque prono alueo fluit, *a*) quae a ſenioratu, in quibusdam familiis ſtabilito, ratione voti comitialis pendent, aut quae forte pacto alternationis intuitu voti ſtatuta ſunt, ſicut e. g. in voto Hennebergico, in litteris conuocatoriis non attendi, *b*) nec magis ad controuerſias inter plures vnius territorii participes de ſuffragio gerendo, quales v. g. inter familias Saxonicas reſpectu voti Coburgenſis obtinent, reſpici debere.

(a) *Auct. der Grundfeſte l. c. p.* 39. 40. Ceterum vbi familia in plures lineas diuiſa eſt, quarum ſingulae territoria quibus peculiaria vota inhaerent, poſſident, ſeorſim ſingulas vocandas eſſe manifeſtum eſt.

## §. XVIII.

### LOCO MINORVM VOCANTVR TVTORES.

Vbi ſtatus adſunt in minori aetati conſtituti, non ad hos, ſed ad eorum tutores, litteras conuocatorias dirigi, imperii obſeruantia poſtulat. Conſtat de eadem non ſolum ex receſſuum imperii ſubſcriptionibus a tutoribus factis (a), ſed nec deſunt ipſae litterae conuocatoriae ab Imperatore, ad tutores minorum ſtatuum nomine profectae (b). Atque ſicuti ex familiarum Germaniae illuſtrium ſtatutis de tutela materna nullum dubium eſt, ita et feminas illuſtres, filiorum tutelam gerentes, ad comitia vocandas eſſe, conſuetudini et iuri imperii optime conuenit (c).

(a) Tales ſubſcriptiones vide v. g. in Receſſu imperii 1541: „von wegen - Reinhards Grafen zu Solms und Herrn zu Münzenbergs, als Vormünder, weyland Philipſen Grafen zu Hanaw, Herrn zu Münzenberg verlaſſener Kinder.„ - 1542. Spirenſi „von wegen der jungen Marggrafen zu Baden Vormünder„ 1543. „von wegen Ruprechts Pfalzgraf beym Rhein cet. als Vormünders cet.„ et ſic plures in Rec. imp. 1544. 1545. 1548. et reliquis ſequentibus.

(b) Ita exhibet LVNIGIVS *in Spicil. ſecul. T. I. p.* 234. litteras conuocatorias, an Graf Philipp Ludwigs zu Hanau Vormünder directas.

(c) Frequentes ſunt in R. I. feminarum illuſtrium tutorio nomine ſubſcriptiones e. g. in R. I. 1613. „Catharia Belgica Prinzeſſin zu Uranien - in Vormundſchaft ihrer jungen Söhne Philipps Moritzen, Wilhelm Reinharden cet. - allen Grafen zu Hanau.„ et in eodem receſſu adhuc aliae; 1641. „Eleonorae Mariae, Herzogin zu Mecklenburg - in Vormundſchaft Herrn Iohann Albrechts zu Mechelnburg hinterlaſſenen Sohns, Guſtav Adolfen„; 1654. „von wegen Marien Annen in Ober- und Nieder-Bayern cet. - in Vormundſchaft ihres Sohns Ferdinandi Mariae, Herzogen und Churfürſten in Bayern.„ Quare quum 1640. Amalia Eliſabetha Landgrauia Haſſiae tutorio nomine filiorum ſuorum 1640. ad comitia non erat vocata, grauiſſime in litteris, ad Imperatorem et comitia directis, hac de re conqueſta eſt, quas exhibet LONDORPIVS *in act. publ. T. IV. p.* 900. 902.

## §. XIX.

### LITTERAE CONVOCATORIAE AD PRAELATOS, COMITES ET CIVITATES IMPERII DIRECTAE.

Praelati et comites imperii, licet vota curiata tantum in comitiis exerceant, non tamen eorum directoria tantum, ſed ſinguli ſeorſim litteris conuocatoriis inuitantur ad comitia. Sic memoriae proditas habemus tales litteras Ludouici Bauari ad Henricum Abbatum Fuldenſem d. 1338. 8. Iul. (a) Friderici III. ad Comitem Schwarzburgicum (b). Maximiliani I. ad Comites Bentheimenſem et Steinfurtenſem d. 1494. (c); Caroli V. ad Baronem de Wolkenſtein d. 1522. (d); eiusdem ad Comitem de Steinfurt d. 1530. (e); Maximiliani II. ad Comitis Hanouienſis tutores d. 1565 (f); Leopoldi ad Abbatem S. Galli d. 1662. (g), et recentiſſimas Ioſephi I. ad Comitem de Platen et Hallermünd d. 1708. 26. Iulii (h). Similiter etiam ciuitates imperii, omni tempore ſeorſim ad comitia conuocatae leguntur (i).

(a) vid. *Adiunct. D.*

(b) LVNIG *Pars ſpecial. Cont.* 2. *p.* 292.

(c) LVNIG *Spicil. ſecul. T. I. p.* 24.

(d) LVNIG *l. c. T. II. p.* 1545.

(e) LVNIG *l. c. T. I. p.* 28.

(f) LVNIG *l. c. T. I. p.* 234.

(g) LVNIG *Spicil. eccleſ. Cont. I. p.* 1069.

(h) MOSERS *Staats-Recht P. IX. p.* 235.

(i) Teſtes huius aſſerti ſunt litterae conuocatoriae antiquae et nouiores quam plurimae. Ex illis reperies in adpendice huic tractatio-

ctationi iuncta, litteras Caroli IV. ad ciuitatem Argentorat., Wenceslai ad eandem, Sigismundi ad ciuitatem Spirenſem, Alberti II. ad ciuitatem Vlmae; ex his exempli cauſſa multas a Carolo V. ad ciuitatem Hamburgenſem miſſas exhibet GASTEL *de ſtatu Europae cap.* 32. *p.* 1096.

## §. XV.

### CONVOCATIO NOBILITATIS IMMEDIATAE.

Hae ſunt perſonae, quae regulariter tantum litteras conuocatorias ad comitia accipiunt, ſed praeterea et caſus dantur, vbi extra ordinem alii ad comitia vocati leguntur, licet ſtatus qualitatem non ſuſtineant, de quibus adhuc pro ſcopi ratione breuiter diſſerendum eſt. Iu his primum occupat locum nobilitas imperii immediata, quam variis litteris ad comitia inuitatam eſſe conſtat. Pertinent huc non ſolum, quae in litteris conuocatoriis et actis comitialibus inueniuntur formulae, in quibus *Ritter und Knechte* ad comitia vocati, aut iisdem actu interfuiſſe dicuntur (a), ſed praeprimis ipſae literae Matthiae Imp., quibus nobilitas Sueuica 1613. ad comitia Ratisbonenſia vocatur (b). Hinc oritur quaeſtio, quo iure hoc fieri potuerit, ſiquidem nobiles immediati voto et ſeſſione in comitiis plane deſtituantur.

(a) Conf. *Friderici III. litterae conuocatoriae ad ciuitatem Spirae* apud LEHMANNVM in *Chron. Spir. Lib. VII. p.* 913. verbis: „ Alſo haben wir - ein Tag gen Nürnberg geſetzt, und euch und ander Unſere und des Reichs, Fürſten, Graven, Herren, *Ritter*, *Knecht* und Stätt -- dahin zu kommen, oder zu ſchicken erfodert cet.„ *Eiusdem reform. d.* 1442. vid. *Neuſte Samml. der*

*der R. A. Tom. I. p.* 170. verbis : „ Und darum durch Anbringung, auch mit Beweiſs und Rath unſer und des heil. Röm. Reichs, Churfürſten, anderer Fürſten Geiſtlicher und Weltlicher, Graven, Freyen, Herrn, *Ritter*, *Knecht* und Stett, die wir dann durch ſie ſelbſt, oder ihre mächtige Sendboten, darumb inſonderheit zu uns zu kommen geboten und geheiſſen haben. „ Eiusdem *Landfrieden zu Francfurt* 1486. *aufgericht ibid. p.* 277. *inf.* „ Hiebey ſind geweſt unſre lieben andächtigen Neven, Oheimen, Schwägern und Getreuen Churfürſten, Fürſten und Fürſten-Bothſchaften, Graven, Herren, *Ritterſchaft* und der Stett Sendboten cet. „ Similia occurrunt verba in *pace publ. Maximiliani I.* 1495. *in fine.*

(b) ap. LVNIG *Parte ſpec. Cont. III. Abſ. I. p.* 73.

## §. XXI.

### QVOMODO INTELLIGENDA.

Non deſunt Iureconſulti, qui exinde, nobilitatem immediatam fuiſſe ſtatum imperii, votumque ac ſeſſionem in comitiis habuiſſe, inferre (a) ; quid ? quod qui etiamnum eandem ſtatus dignitate fulgere (b), contendunt. Qui autem, quum ab aliis dudum refutati ſint, nec iſta quaeſtio, ad ſcopum noſtrum faciat, lectorem ad alia de hac re ſcripta ablego (c), id vnum tantum monens ſuffragii cauſſa nobilitatem immediatam vocatam non videri, quum 1) tot alia comitia habita eſſe conſtet, cui nobiles non interfuere, nec 2) ſolida dari queat ratio, cur ſucceſſu temporis hoc iure, quod olim exercuere, exciderint. Mihi potius de eo eſt ſermo, qua ratione et in quanam qualitate, nobiles immediati ad comitia fuerint vocati ; et id quidem ex variis rationibus factum eſſe puto. Sic enim I.) ad prima aliquo-

rum Imperatorum comitia vocati inueniuntur, ex nulla certe alia probabili cauſſa, quam vt in iis homagium Imperatori praeſtarent, et feudorum inueſtituram ab ipſo acciperent, quorum vtrumque olim in curia ſollenni, eaque regulariter prima fieri ſolebat. Quapropter, quum Fridericus III. prima comitia Norimbergae 1440. inſtitueret, illic quoque nobilitas immediata euocabatur; ſimiliter primis Maximiliani I. comitis Wormatienſibus 1495. eadem interſuit (d). II.) Vbi de ſtabilienda pace publica in medio aeuo agebatur, nobiles immediati etiam, vt eidem ſeſe conformarent in conſortium adhibendi erant, ſiquidem de tollendo et reſtringendo iure belli priuati quaerebatur, quo tamen nobilitas immediata, aeque, ac ceteri ſtatus gaudebat. Iam autem in comitiis ante 1495. tantum non omnibus haec praecipua deliberationum fuiſſe materia legitur, et ideo ad plurima comitia nobilitatem immediatam quoque conuocatam inuenis, non vt ſuffragium ferret, ſed, vt obſeruandae paci publicae adſtringeretur (e). Ex hac ratione occurrit in reformatione Friderici III. 1442 (f), in eiusdem conſtitutione Ratisbonenſi de pace publica in quatuor annos 1471 (g), in conſtitutione pacis publicae decennalis 1474 (h); in pace publica 1486 (i), in actis comitialibus 1487 (k), in pace publica Maximiliani I. 1495 (l). III.) Interdum in alliis negotiis totius imperii communibus, quae tamen certa ratione et nobilitatem immediatam ſpeciatim reſpiciebant, eadem ad comitia vocata eſt, non vt deliberationibus comitialibus interſit, ſed vt conſultationes, quas *Conferentias* adpellant, ab imperatore et reliquis ſtatibus cum ipſa celebrari poſſent, id quod praecipue euenit, vbi de ſeruitiis, quae perſonaliter nobiles praeſtare tenebantur, agendum erat (m). Tandem IV.) ſicuti in curiis ſolennibus Imperatorum ex vniuerſa

uerſa regione perſonae cuiuscunque ordinis adeſſe ſolebant, ita quoque non accidere non potuit, quin permulti quoque nobiles immediati in iisdem praeſentes fuerint; quumque negotia imperii in iis tractabantur, et ſtylo medii aeui conueniebat, quinam teſtes alicui actui adfuerint, ſignificare, inter hos quoque *milites* ſaepenumero recenſeri mirandum non eſt; et hoc modo habes rationem, cur in fine variorum actorum comitialium, praeſentibus *militibus* aliquid factum eſſe indicetur (n).

(a) MVLLER *Reichstags-Theatrum Frider.* III. *P.* I. *p.* 16. *ſ.* FELZIVS *de dignitate nobilitatis immediatae.*

(b) In his praecipuus eſt: *Hippol. a* TREYSBACH (*Phil.* KNIPSCHILD) in *unvorgreiſlichen Bedenken über etliche Fragen der Freyen Reichs-Ritterſchaft Stand und Seſſion betreffend*, apud BVRGERMEISTER in *Biblioth. equeſtri T. I. p.* 766.

(c) Inſtar omnium eſt KOPP *de differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos Sect. II.*

(d) conf. §. praec. n. *a.*

(e) Notabilis ſane eſt diſtinctio in pace publica Maximiliani I. 1495, vbi in prooemio dicitur: „ Darumb *mit einmüthigem zeitigen Rath* der Ehrwürdigen, Hochgebohrnen, Unſern lieben Neven, Oheimen, *Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prelaten, Grafen, Herren und Ständ* (forte Stätt), haben wir -- ein gemeinen Frid fürgenommen, aufgericht, geordnet nnd gemacht; „ in fine antem: „ Hiebey *ſeynd geweſen -- Churfürſten, Fürſten und Fürſten-Potſchaft, Prelaten, Grafen, Herren, Ritterſchaft und der Stetten Sendpotten.* „

(f) vid. §. praec. *n. a.*

(g) ap. GOLDASTVM in *conſtit. imper. T. II. p.* 168.

(h) „ Und darum, auf daſs -- die Gericht und Recht ordentlich und fürderlich gehalten und vollzogen, des heiligen Reichs Straſse befridet und gemainer Nutz gefürdert werde, ſo haben wir uns auf Anbringen, auch in Beyweſen und mit Rate unſrer und des Reichs Churfürſten, Fürſten, geiſtlicher und weltlicher, Prelaten, Graven, Herrn, *Ritter*, *Knechte*, Frey - und Reichs-Stetten, -- einen gemeinen beſtendigen Frieden allenthalben im heiligem Reich zu halten, geordnet und geſetzt. „ *Sammlung der R. A. T. I. p.* 261.

(i) vid. *l. c. p.* 277. *in f.* et §. paec. n. a.

(k) ap. DATTIVM *de pace publica p.* 207. „ Dieſe hernach geſchrieben Churfürſten, Fürſten und Bottſchaften, Geiſtlich und Werntlich, ſind auf dem Kayſerlichen Tag, der auf Sonntag Oculi gen Nürnberg verampt worden iſt, daſelbſt erſchienen - - von der *Ritterſchaft St. Iörgen* Herr Hans Iacobs von Bodmann cet. „ In quibus comitiis etiam de pace publica eſſe actum teſtatur ipſa pax, in *Samml. der R. A. l. c. p.* 280. obuia.

(l) vid. not. d). Singularis in actis horum comitiorum ap. DATT *l. c. p.* 799. adeſt paſſus, "Erſtlich iſt Ihnen (nobilibus videlicet) erzehlt: *Wie im Reich nicht herkommen ſey, die Ritterſchaft ſonderlich auf die Reichstägen zu beſchreiben*; ausgenommen, die im Hegaw und die aus der Wortenaw, die weren auch gen Worms erfordert worden. „

(m) Huc refero litteras Matthiae Imperatoris ad nobilitatem Sueuicam, quibus ad comitia Ratisbonenſia inuitatur d. 1613. ap. LVNIG *P. ſpec. Cont. III. Abſ. I. p.* 72. vbi: „ Obwol wir uns nun nach unſerer angetrettenen Kayſerlichen Regierung, die Anſtalt- Fortpflanz- und Erhaltung Fried, Ruhe und Einigkeit im heiligem Reich -- auch Abſtellung allen eingeriſſenen Miſs-

trauens, und üblen Vernehmens, höchſter Fleiſs und Sorgfältig angelegen ſeyn laſſen, und zu keiner Weiterung Urſach zu geben gedacht, jedoch da das Weſen etwa zu gröſſerer Beſchwerlichkeit ausſchlagen ſolte, ſo wöllet ihr und mehrbeſagte eure adeliche Mitglieder, ſich gleichwol um beſſerer Verſicherung willen *in ſolch guter Fürſehung und Bereitſchaft gefaſt halten, damit ihr uns*, (immaſſen vor dieſen obhöchſtgenannten unſern Vorfahren Kayſer Rudolfen auf Ihrer Majeſt. Befehl gleichfalls geſchehen), *wirklich beyſpringen möcht*, darneben ſehn uns für ſehr gut, und dieſem Werk faſt verſtändig an, vermahnen euch auch hiemit gleichergeſtalt gnädigſt, ihr wollet auf nunmehr herbeynahenden *Reichstag einen genugſam bevollmächtigten Ausſchuſs vielgenannter euer Adelichen Mittglieder nach Regensburg abfertigen, auf daſs mit demſelben gegenwärtiger ſchwirigen Läuften halber, die Nothdurſt gehandlet werden möge.* „

(n) Huc exempli gratia pertinet Aurea Bulla Sigismundi d. a. 1431. apud GOLDASTVM *T. II. p.* 108. 109. „*Und bey dieſer Ordnung ſind geweſen* die Ehrwürdigen Conrat von Menz -- und viel Grafen, Herren, *Ritter und Knecht* und andre Erber Leute. „ Item inſtrumentum depoſitionis Wenceslai, quod factum dicitur in praeſentia multorum principum, comitum, dynaſtarum et tandem, „ der veſten Ritter Syfrids von Lindau - - und ander viel Herren *Ritter und Knechte*, Lüte geiſtliche und weltliche in groſſer und merklicher Zahl, *zu gezügen* zu vorgenannten Dingen geheiſchen und gebetten. „ vid. KOPP l. c. p. m. 184.

(o) Denique non poſſum, quin moneam, ſaepe a doctoribus, ex peruerſa documentorum medii aeui interpretatione, hodiernos nobiles immediatos comitiis quibusdam adfuiſſe cenſeri, quum tamen

genuino vſu loquendi diplomatum non de ipſis verba intelligi debeant. Sic dum in prooemio Aureae Bullae Caroli IV. mentio fit NOBILIVM, allegatus *Hippol. a* TREYSBACH per ipſos noſtros nobiles immediatos intelligi ſibi perſuadet; ſed perperam omnino, ſiquidem *nobilium* character in iſto aeuo regulariter non niſi comitibus et dynaſtis tribui ſolet. Eodem modo falluntur qui per vocem DOMINI, HERRN in chartis antiquioribus nobiles immediatos denotari contendunt. Quapropter quum in Maximiliani I. *Reformation das heimliche Gericht zu Weſtphalen betreffend* de comitiis Wormatienſibus 1495. dicatur: „Darauf auch unſre und des heiligen Reichs Churfürſten, Fürſten, Prelaten, Grafen, *Herrn* und Stätt - erſchienen ſind„ et ſimiliter in eiusdem *ordinatione regimenti d.* 1500: Darum-mit einmütigen zeitigen Rath und Willen anch Zugeben und Annehmen -- -- Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Prelaten, Grafen, Freyen, *Herrn* und anderer Ständ etc. „: in vtroque loco per vocem *Herrn* neutiquam hodiernos nobiles, vti putat PFEFFINGER *ad Vitriar. T. IV. p.* 304. quippe quos potius voce *Ritter und Knecht* indigitari conſtat, ſed dynaſtas potius eſſe intelligendos, equidem putarim.

## §. XXII.

Burgmanniatus quoque Friedbergenſis ſemper ad comitia, in imperio Romano-Germanico habenda, litteris conuocatoriis fuit inuitatus, prouti ſatis teſtantur litterae ipſae, a ſingulis Imperatoribus, ab anno 1501. vsque ad comitia hodierna 1663. ad caſtrum Friedberg directae (a). Aſt ſpecialis hic ſubeſt ratio. Burgmanniatus enim, licet per ſe ſtatus imperii neutiquam ſit, ex interna tamen ciuitatis Fried-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322275-p0034-3

Friedbergenſis conſtitutione, vigore, *der Raths-Ordnung* d. a. 1483. cum eadem pro vno corpore, eiusque potiori parte, et pleni ſenatus membro haberi, atque ſic ad concurrentiam, quam vocant, in omnibus iuribus, ciuitati, qua ſtatui, competentibus, admitti cupit, quae etiam variis Caeſareis decretis et reſcriptis eidem omnimodo eſt confirmata (b). Hoc itaque modo in primis etiam Burgmanniatus ſuffragium Friedbergenſe in comitiis ferendum participat, et ſic commode intelligi poteſt, qua ratione litterae conuocatoriae ad comitia ad illum ſint profectae, quippe quae Burgmanniatum non qua talem et in ſe, ſed qua ciuitatis Friedbergenſis praecipuum membrum eiusue voti comitialis participem reſpiciunt.

(a) Omnes hae litterae integrae, ſub rubrica: *Verzeichniſs der Kayſerl. und Königl. Original-Ausſchreiben an die Kayſerliche Burg Friedberg*, iunctae ſunt *Actis iudicialibus in Sachen Herrn Adolph Iohann Grafen von Waldpott zu Baſſenheim*, *contra Herrn Burggraff*, *Baumeiſter und Regiments-Burgmanne zur Kayſerl. und des Heiligen Reichs Burg*, *und Statt Friedberg* 1725. in *Adpend. docum. lit. B.* Recenſum ſingularum litterarum exhibet PFEFFINGER *ad Vitriar. Tom. IV. p.* 305. *ſqq.*

(b) Conferri de his meretur, *Reſcriptum Caeſareum ad ciuitatem Friedberg d. d. Wien* 27. *Septembris* 1718, quod hic inſerendum, probationis cauſſa neceſſarium duximus:

CARL der Sechſte von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer cet. Liebe Getreue. Bey Uns haben Burg-Graf, Bau-Meiſter und Regiments-Burgmann, zu Unſerer Kayſerlichen und des Reichs Burg Friedberg (Inhalt der copeylichen Anlag) beſchwehrend vorgebracht, wie daſs ihr euch unterſtündet, der Raths-Ordnung von 1483; dem Entſcheid de Anno 1608; dem von Un-

ſern in Gott ruhenden Herrn Gros-Vatter und Vorfahren am Reich, weyland Kayſer Ferdinando III. A. 1653. ergangenen Decreto confirmatorio, und ſelbigen Iahrs nachgefolgten Urtheil: auch An. 1656. vorgangenen Executions- und Immiſſions-Actui, nicht weniger ſelbſt eigener dabey an Eydes ſtatt, ausgeſtellter Paritions-Erklärung ſchnurſtracks zu wider, *ſupplicirende Burggrafen, und Adeliche Sechſer, als Mitglieder des vollen Raths und Reichs-Stands, von denen Rechten, welche dem Reichs-Stand der Stadt Friedberg anhängig ſeynd*, de facto auszuſchlieſſen, und zu ſolchem Ende die, in obangezogener Supplica, ſub §. 2. befindliche Erklärung, bey dem Creys-Convent am 16. Iulii 1717. zu überreichen; mit gehorſamſter Bitt, wie aus denen angeführten Urſachen, Unſere nachdrückliche Kayſerliche Hülfe Ihnen Supplicanten mitzutheilen, gnädigſt geruheten. Wie Wir nur ſolch euer, wider ſo verſchiedene Kayſerliche Decreta, Iudicata, Executionen, ja von Seiten der Stadt ſelbſten ausgeſtellte Paritions-Erklärung, laufendes Verfahren miſsfälligſt vernommen, und keinesweges geſchehen laſſen werden, noch können, daſs ſupplicirende *Unſere und des Reichs Burg, als bey der Reichs-Standſchaft zu Friedberg vornehmſter Theil, von denen hiezu gehörigen Würkungen in einige Weiſe ausgeſchloſſen, oder vorbey gegangen worden*: Als ergehet Unſer ernſtlicher Kayſerlicher Befehl an Euch in Kraft dieſes, daſs Ihr bey Vermeidung der in obgedachten von Unſerm Herrn Gros-Vattern A. 1653. ergangenen Decreto einverleibter Straff der 20. Mark löthigen Goldes *alle Actiones und Rechte, ſo dem Reichs-Stand anhängig ſeyn, mit und neben Unſerer Kayſerl. Burg effectuiret, alle publica und priuata, als ein unzertrennter Reichs-Stand, und gemeines Corpus, fleiſſig und geſamter Hand tractirt, beſonders auch mit ſupplicirenden*

Burg-

*Burggrafen und andern Adelichen Sechſern jedes mahls, ſo oft Reichs- und Creis-Sachen zu berathſchlagen ſeynd, communiciret, und Sie davon nicht ausſchlieſſet; mit Ihnen auch jedesmahl einigerley Inſtruction und Vollmacht, ſampt eines Subiecti zu Abſchickung euch vergleichet*, einfolglich die Vertrettung Unſerer Kayſerlicher Freyen Reichs-Stadt Friedberg, auf Reichs- und Creys-Tagen, *nicht anders, als im Nahmen eines vollkommenen Raths geſchehen*, nicht weniger in dergleichen Reichs-Creys- auch anderer, nomine eines vollkommenen Raths, vorfallenden Expeditionen, jedesmalen, (wie bey allen in pleno ſenatu vorkommenden Raths-Handlungen herkomlich zu geſchehen pfleget), der gewöhnlichen Titulatur: *Burggraf, Burgermeiſter und Rath*, von Euch unverweigerlich gebraucht werden ſolle; geſtalten Ihr dann bey uns, wie dieſer Unſerer gerechteſten Kayſerlichen Verordnung die ſchuldigſte Parition geleiſtet worden, innerhalb, 2. Monathen gehorſamſt anzuzeigen habet, und Wir ſeynd Euch im übrigen mit Kayſerlichen Gnaden gewogen. Geben in Unſerer Statt Wien den 27. Sept. An. 1718. Unſerer Reiche des Römiſchen in ſiebenden, des Hiſpaniſchen im ſechzehnden, des Hungariſchen und Böhmiſchen aber im achten.

CARL.

Vt. Friederich, Graf von Schoenborn

Franz Wildrich von Menshengen.

Simili modo ſub eodem dato reſcripſit Imperator ad Electorem Moguntinum et Directorium Circuli Rhenani ſuperioris, in fauorem Burgmanniatus; ciuitas Friedberg quidem ad collegium ciuitatenſe in comitiis recurrebat, aſt citra effectum, quum reſcriptum inhaeſiuum a Caeſarea Maieſtate d. d. 17. Nou. 1719.



contra

contra eandem emanabat, vbi paritio intra 2. menſes, ſub poena XX. marcarum auri puri, docenda iterum ipſi iniungitur, de quo ſub eodem dato per alia reſcripta Elector Moguntinus, et directorium circuli Rhenani ſuperioris certiores reddebantur. Vid. PFEFFINGER *l. c. p.* 306. *ſqq.*

## §. XXIII.

### LITTERAE CONVOCATORIAE AD MEDIATOS DIRECTAE.

Porro non rara etiam ſunt exempla, ciuitates mediatas, aliaque corpora mediata litteris conuocatoriis ad comitia inuitari. Ita adhuc 1663. ab Imperatore Leopoldo ciuitas Magdeburg (a), et 1652. ab Imp. Ferdinando III. ciuitas Göttingen (b) ad comitia conuocata eſt. Haec quaeſtio ſaepe occurrit, quum in controuerſiis ſuper exemptionibus et ſuperioritate territoriali, ad probandam immedietatem maxime inprimis ad talem conuocationem ad comitia prouocari ſoleat (c). Quare etiam vtplurimum, eiusmodi conuocatione facta a domino territoriali ſtatim querelae apud Imperatorem et Electorem Moguntinum mouentur, cum petito, vt, aut conuocatio caſſetur, aut ſi conuocati compareant, iidem ad ſeſſionem non admittantur, nec legitimatio ab ipſis accipiatur (d). Ratio harum litterarum plerumque eſt error cancellariae (*Cantzley-Fehler*) (e), quod etiam in conuocatione Magdeburgica legatus Moguntinus agnouit (f), et hinc eo minus eſt dubium, quin caſſatorium in aula Caeſarea impetretur (g). Interdum tamen praeſertim ſeculis XIII. XIV. ex alia ratione ciuitates mediatas deprehendimus in comitiis praeſentes. Permultae ſcilicet Germaniae

maniae ciuitates erant ſoederis Anſeatici conſortes; huius autem tunc temporis in Germania quoque tanta erat auctoritas, vt peculiares cum eodem in comitiis celebrare conſultationes neceſſarium nonnunquam videretur, et hoc modo ciuitates mediatas, ſcil. qua Anſeaticas in comitiis comparuiſſe putamus (b). Exinde autem nec ius immedietatis, nec ſuffragii inſerri poteſt, quum in hac qualitate nunquam comitiis interfuiſſe deprehendantur, et foedus quoque Anſeaticum dudum ceſſauerit, quo ſublato etiam ciuitates iſtas in comitiis non amplius inuenimus. Quod igitur in eiusmodi conuocatione quaeritur fundamentum immeditatis, non ſatis firmum eſſe vides.

(a) vid. MOSERS *Staats-Recht T.* 40. *p.* 326.

(c) *Zeit- und Geſchicht - Beſchreibung von Göttingen Lib. I. p.* 35.

(c) vid. Ill. PÜTTERI *Kurzer Begriff des teutſchen Staatsrechts p.* 223. §. 263. *n. III.* Sic caſtrum Gelnhauſen contra Electorem Palatinum et Comitem Hanouienſem, pro ſua immeditate in primis etiam vrgebat: " *daſs ſie ehedem auch auf Reichstagen beſchrieben worden* „ *F. C. von* MOSERS *kleine Schriften T. V. p.* 238.

(d) Ita intuitu conuocationis ciuitatis Magdeburg 1663. tum ab Electore Brandenburgico, tum ab Adminiſtratore Magdeburgenſi factum eſſe teſtatur MOSER in *Staats-Recht l. c.*

(e) MOSER *l. c.* Inde quoque Palatini et Hanouienſes caſtro Gelnhauſen in cauſa modo dicta regerebant: " Seye mit dieſen beyden Conuocationibus, *ein manifeſtiſſimus error* vorgegangen, weilen Burgmanni, als conſtatus imperii darin tractirt worden, dergleichen ſie doch niemals geweſen. „ MOSERS *kleine Schriften l. c.*

(f) MOSERS *Staats-Recht l. c.*

(g) Caſſatorium reſpectu conuocationis Magdeburgicae vid. apud MOSERVM *l. c. P. 44. p. 7. ſq.*

(h) Sic R. I. 1460. 1471. variae ciuitates mediatae v. g. Wismar, Roſtock, Göttingen, Hannouer, Hildesheim, Hameln cet. ſubſcripſiſſe leguntur. Conſ. de comitiis 1470. SENKENBERGII *Selecta iuris et hiſtoriarum. Tom. IV. p. 387.*

## §. XXIV.

### CONVOCATIO STATVVM EXEMTORVM.

Adfinis huic quaeſtioni, eſt materia de ſtatibus exemtis, qui, quum ſuperioritati territoriali alterius ſtatus ſubſint, plane mediatis et landſaſſiis aequiparantur, et ita comitiis imperialibus intereſſe neutiquam poſſunt, hinc nec ad eadem euocari debent. Caſu autem eueniente, quod litterae conuocatoriae, ſiue ex mero errore cancellariae imperii, ſiue ad inſtantiam exemptorum, ad ipſos dirigantur, quum hoc in praeiudicium domini territorialis fiat, deſuper ille conqueri et proteſtationem interponere ſolet. Inde, quum 1603. ab Imp. Rudolpho III. Comites de Gleichen, qui a Ducibus Saxoniae eximuntur, ad comitia eſſent conuocati, hi contra hanc conuocationem ſollemniter in comitiis proteſtati leguntur (a).

(a) MVLLER *in annal. Saxonicis p. 232.* "1603. d. 4. April. haben die Fürſtlichen Weimariſchen Abgeſandten auf dem Reichstage zu Regenſpurg, als ſie vernommen, daſs die Grafen zu Gleichen, dem Haus Sachſen zum Praejudiz und wider das Herkommen, auch auf dieſen Reichstag beſchrieben, und ſelbige durch

durch einen Abgeordneten erſchienen, und doch von dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen eximirt würden, eine dergeſtaltige Schrift bey dem Reichsdirectorio eingereichet; daſs, wofern ſolche Beſchreibung etwa aus Verſehen, und ex errore geſchehen wäre, Sie es, da es künſtig nachbliebe, dahin geſtellet ſeyn laſſen könten; da es aber vorſezlich, und vielleicht auf Anhalten und Unterbauung mehrgemeldter Grafen zu Gleichen, als welche des Fürſtlichen Hauſes Sachſen unmittelbare Landſaſſen und Unterthanen, erfolgt wäre, und dieſes dem Herkommen und der kundbaren Poſſeſſion iuris eximendi entgegen lieſſe, ſie darwider ſolenniſſime proteſtirt haben wolten.„

§. XXV.

INTERDVM, QVI STATVS SVNT, TAMEN NON CONVOCANTVR. I.) VBI DEEST ACTVALE EXERCITIVM SVFFRAGII.

Interdum etiam accidere poteſt, vt ſtatus, qui alias conuocandi ſunt, litteras conuocatorias non accipiant, idque ex diuerſis rationibus, ad quas ſeorſim perluſtrandas me iam conuerto. Hoc obtinet I.) vbi is qui alias inter ſtatus imperii numeratur, actuali exercitio iuris ſuffragii deſtituitur (*auſſer Activität*), aut alio modo extra nexum cum imperio eſt. Prius olim locum habebat in regibus Bohemiae, vsque dum hoc ſeculo penitus ad iura ſtatus imperii readmiſſi fuerint, quare Romanorum Rex Ferdinandus I. 1548. in comitiis monebat: „Zu dem daſs ein König von Böhmen *zu einigen Reichstag nicht beſchrieben würde*, auch weder Stand noch Stimme im Reichs-Rath hätte (a).„ Poſterius autem circa Ducem Burgundiae

 olim

olim vſu veniſſe, argumentari licet ex declaratione legati Burgundici in comitiis 1597: „ daſs zwiſchen dem Reich und Haus Burgund, nach Anleitung des Vertrags 1548. *kein gebührliche Correſpondenz gehalten würde;* hätten derentwegen ſein Herr wohl Urſach ſich von der Steuer zu entſchuldigen: Wolte gleichwol thun, was andere Stände thun werden, *jedoch, daſs auch kein Reichstag gehalten würde, ſein Herr würde denn, als ein Reichs-Stand darzu beſchrieben* (b). „

(a) HERTIVS *de renouato regni Bohem. nexu Sect. III.* §. 5. *in Opuſc. Vol. II. p.* 337.

(b) MOSERS *Staats-Recht T.* 44. *p.* 6.

§. XXVI.

II.) VBI VOTVM EST INTER PLVRES CONTROVERSVM.

II.) Dantur caſus vbi ipſum ius ſuffragii in dubium non vocatur, ſed ſucceſſio in territorium cui votum inhaeret, in lite et ſic ipſum votum per conſequens inter plures eiusdem territorii competitores, controuerſum eſt. Hoc caſu votum regulariter quieſcit, et neuter eorum, qui illud ſibi vindicant eius intuitu ad comitia conuocatur. Ita obſeruatum eſt intuitu voti Iuliacenſis, propter quod, ob controuerſias ſuper ſucceſſione inter Palatinos, Brandenburgicos et Saxones motos, nemo ad comitia conuocatur (a).

(a) Conf. MOSER *l. c. P. IX. p.* 301.

§. XXVII.

## §. XXVII.

### III.) VOTO COMITIALI PRIVATI.

III.) Illi Sacri Romani Imperii ſtatus, qui ſuffragium quidem habent indubitatum, ſed modo legitimo eodem priuati ſunt, in litteris conuocatoriis recte omittuntur. Quorſum refero 1) ſtatus eccleſiaſticos, qui regalibus ſuis, modo legibus imperii praeſcripto, priuantur. Sed nonne hoc caſu capitulum erit vocandum? Reſpondeo quod minus. Per priuationem enim regalium adminiſtratio praelaturae ab Imperatore et imperio adimi nequit, hinc ſedes non efficitur vacans, ſed plena manet, et inde vicaria capitulorum iura in hoc caſu locum haut obtinent. 2) Status ſeculares, legitime banno imperii proſcriptos, litteras conuocatorias non accipere, in aprico eſt.

## §. XXVIII.

### IV.) QVORVM VOTVM IN POENAM EST SVSPENSVM.

IV. Interdum quidem ſtatus voto comitiali non plane priuantur, ſed in poenam ſuſpenditur illud tamen, et tunc, quousque ſuſpenſum eſt, litterae conuocatoriae ad illos non expediuntur. Variis ex cauſſis hoc iuxta legum imperi praeſcripta, et obſeruantiam fieri poteſt, quarum praecipuas hic notare, ſcopo noſtro omnino conueniet. In ipſis legibus imperii vnicum tantum caſum eſſe expreſſum memini, ſcilicet in Capitulatione Caeſarea Art. 9. §. 9 vbi ſuſpenſio voti comitialis decernitur in eos, qui regali iure monetandi abuſi eſſe dignoſcantur (a). Plures autem caſus obſeruantia imperii ſuppeditat (b); ſic 1) vbi ſtatus pro hoſte imperii eſt declaratus votum ſuſpendi, non

tan-

tantum maxime analogiae conuenit, ſed praxi imperi quoque firmatum eſt intuitu regni Sueciae, quippe quod in comitiis 1676. ex hac ratione a voto excludebatur; 2) vbi ſtatus auocatoriis, ab imperatore et imperio profectis contrauenerit, de ſuſpenſione voti quaeſtionem eſſe motam, teſtatur exemplum Epiſcopi Argentoratenſis, cuius votum in comitiis 1674. ſuſpendebatur, et per L. annos ad 1724. ſuſpenſum manſit. 3) Captiuitatem ſtatus auctoritate imperiali ſactam excluſionem a comitiis olim effeciſſe, ex exemplis Philippi Landgrauii Haſſiae Seculo XVI. et Philippi Chriſtophori Electoris Treuirenſis ſeculo ſuperiori inſert MOSER cit. 4) denique in caſu, ſi ſtatus, quae ex pace imperii Weſtphalica alteri praeſtanda ſunt, non praeſtiterit, excluſionem a ſeſſionibus eſſe ſtatuendam, poſtulauit Elector Brandenburgicus in comitiis 1653. contra coronam Sueciae, Pomeraniam vlteriorem ipſi cedere, detrectantem, quam autem ſententiam reliquis ſtatibus non eſſe probatam ex actis horum comitiorum patere videtur (c). In omnibus autem allegatis caſibus, de ſuſpenſione voti regula generalis eo minus enunciari poteſt, quo magis ex ſenſu Capitulationis A. I. §. 3. in tali caſu conſenſus omnium ſtatuum ab Imperatore requirendus eſt.

(a) "Wie wir denn auch gegen diejenige, ſo obgedachter Maaſsen das ihnen zukommende Münz-Regal gegen die Reichs-Conſtitutiones miſsbrauchet, oder durch andre miſsbrauchen laſſen, nebſt der Priuation gedachten ihres Regalis, auch mit der ſuſpenſion a ſeſſione et voto, (jedoch auf Art und Weiſe, wie in dem erſten Articul dieſer Capitulation enthalten) verfahren, und ſolchen ſuſpendirten Stand gleichfalls anderſt nicht, als auf einem gemei-

gemeinen Reichstag, nach gegebener Satisfaction reſtituiren laſſen ſollen und wollen.

(b) Conf. de iis MOSER *l. c. T. IX. p.* 370. *ſqq.*

(c) vid. *a* MEIERN *acta comitialia T. I. Lib.* 1. 2. *p.* 8. *ſqq.* conf. autem MOSER *l. c. T. XLIV. p.* 31. *ſqq.*

## §. XXIX.

### QVAESTIO DVBIA INTVITV REMOTORVM A REGIMINE.

Singularis adhuc eſt quaeſtio, num remotio prouiſoria a regimine territorii, ab Imperatore, adminiſtratore conſtituto, facta, excluſionem a voto comitiali operetur, vt igitur ad illum ſtatum litterae conuocatoriae dirigi nequeant. Haec controuerſia in primis ventilata eſt in cauſſa Meclenburgica, quum Imperator Carolus VI. anno 1728. Ducem Carolum Leopoldum a regimine territorii remouebat, et adminiſtratorem Caeſareum ordinabat. Mihi non de eo eſt quaeſtio, quatenus talis remotio iure fieri queat, aut debeat, ſed factam eandem ſuppono, et iam agitur de eo: num ad principem remotum, aut ad adminiſtratorem litterae conuocatoriae eſſent dirigendae. Vtraque opinio dubiis ſuis haut deſtituitur. Si prius ponis, ſtatus, cui regiminis exercitium eſt ademtum, in comitiis imperialibus et ratione imperii territorium ſuum adminiſtrabit, a cuius adminiſtratione alias eſt interdictus; quod implicare videtur. Sin poſterius adfirmas, adminiſtrator, quum Imperatoris nomine ſit conſtitutus, aut proprio nomine litteras conuocatorias accipiet, quod incongruum eſſet, quum proprio nomine territorium non adminiſtret, aut Caeſareo nomine,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322275-p0045-4

quod non magis conuenire videtur, ſiquidem ita Imperator ſe ipſum conuocaſſe cenſendus foret. Eadem difficultas etiam intuitu gerendi ſuffragii comitialis non adeſſe nequit, quod tamen in cauſſa Mecklenburgica a Duce Chriſtiano, Ludouico Commiſſario Imperiali geſtum eſſe, conſtat.

§. XXX.

V.) OB PECVLIARES CVM IMPERATORE CONTROVERSIAS.

V.) Olim quoque non raro ſtatus ob ſpeciales cum Imperatore controuerſias a comitiis inueniuntur excluſi. Ita verbi gratia, quum Fridericus II. Elector Palatinus continuis cum Imperatore Friderico III. litibus implicitus eſſet, ab hoc ad comitia non euocabatur (a). Similis erat ratio in Ducibus Brunſuicenſibus, et Landgrauia Haſſiae, qui 1640. ab Imperatore Ferdinando III. ad comitia non vocati deprehenduntur (b). Is autem caſus noſtris temporibus, quum excluſio ſtatus ad comitia vniuerſalia pertineat, occurrere amplius haut poterit.

(a) vid. *Schreiben an Kayſ. Majeſt. von Churfürſt Fridrichen zu Pfalz, wegen Nicht - Erforderung ſeiner Perſon auf den Ulmiſchen Reichstag.* ap. MVLLER in *R. T. Theatro Frider. III. IV. Vorſtellung p.* 202. Porro in comitiis Ratisbonenſibus 1471. eius legati etiam non admiſſi leguntur, *l. c. V. Vorſtell. p.* 421. *ſ.*

(b) vid. LONDORPII *acta publica T. IV. p.* 844. *ſqq.*

§. XXXI.

NVM PROPTER MOTVS INTERNOS CIVITAS NON CONVOCANDA.

Propter turbas internas ciuitatem imperii ad comitia haut conuocandam eſſe mihi non videtur, licet Ill. MOSER a ſeſſione in comitiis

eam

eam excludendam eſſe credat (a). Sola enim interna diſſidia, quibus ciuitas agitatur, qui omittendae conuocationi anſam praebere queant, equidem non video. Aliter in ceteris ſtatibus, vbi de territorii poſſeſſione contrauertitur, ſeſe res habet; hic enim ſi ignoratur, quinam territorii poſſeſſor ſit, nemo conuocari poteſt; aſt in ciuitate imperii, ſi vel maxime diſſidia inter magiſtratum et ciues ipſos oriantur, haec ratio non ſubeſt, praecipue quum litterae conuocatoriae ad vniuerſam ciuitatem, non ad magiſtratum, dirigantur, nec itaque quidquam efficiat, etiamſi, quinam verus ſit vrbis magiſtratus, dubium ſit. Exemplum tamen habemus ciuitatem Aquisgrani anno 1582. propter motus religionis cauſſa ibidem excitatos ad comitia non eſſe conuocatam, ſed grauiter propter ea apud Imperatorem Rudolphum interceſſit et conqueſtum eſt collegium ciuitatum imperialium (b).

(a) MOSER *T.* 44. *p.* 30.

(b) Inter grauamina enim ſua collegium ciuitatenſe referebat: "6) daſs man die von Aachen unerkanntes Rechtens, zum Reichstag nicht beſchrieben, und davon ausgeſchloſſen„ conf. MOSERS *Staatsrecht der Stadt Achen p.* 19. *ſ.* Ipſa quoque ciuitas Aquisgrani quamuis non vocata fuerit, deputatum tamen ad comitia ablegauit, qui etiam, Imperatore licet aegre ferente, in conſilium ciuitatum admiſſus eſt. MOSERS *Staatsrecht T.* 44. *p.* 35. *ſ.*

## §. XXXII.

### CONVOCATIO CVM CONTRADICTIONE TERTII.

Tandem circa litteras conuocatorias notabilis adhuc quaeſtio ſupereſt, videlicet de conuocatione ſtatuum cum contradictione tertii

cuiusdam facta. Saepe enim dantur caſus, quod ſtatus in alium ius quoddam ſibi arroget, ſiue ita, vt immedietatem ipſi prorſus deneget, et ſuperioritatem territorialem in ipſum ſibi vindicet, ſiue, vt certa tantum iura in illum ſibi aſſerere cupiat. In priore praeſertim caſu conuocationem comitialem ad illum ſtatum directam ſibi ſuisque, iuribus praeiudicio eſſe putat, et ſic proteſtationem contra eam, ſi facta eſt, interponere ſolet. Haec quaeſtio ſuperiori praecipue ſeculo in illuſtribus quibusdam controuerſiis agitata eſt, quarum mentionem facere a re haut fore alienum puto.

## §. XXXIII.

### EXEMPLVM BREMENSE.

Prius exemplum conuocationis talis contradictae fuit in ciuitate Bremenſi, quae a decimo tertio ſeculo inde innumeris litibus ratione immedietatis cum Archiepiſcopis ſuis implicita fuit. Quae ciuitas ſicuti antiquioribus temporibus imperialibus comitiis interfuiſſe dignoſcitur (a), ita et anno 1640. ab Imperatore Ferdinando III. ad comitia Ratisbonenſia euocabatur, in quibus etiam per ſuos depntatos comparebat. Verum Archiepiſcopus non ſolum contra iſtam conuocationem ſollemniſſime in comitiis proteſtabatur, ſed ipſum etiam collegium electorale litteris ad Imperatorem miſſis contra eandem intercedebat. Inde, quum adhuc querelae Regis Daniae accederent, Imp. per decretum 1643, factam conuocationem caſſabat. Renouata eſt haec controuerſia 1652. vbi iterum litteris conuocatoriis Bremen ad comitia euocabatur, contra quas legati Sueciae tunc ſtatim proteſtatio-

tionem interpoſuere, ſedea non obſtante, ciuitas tamen, a banno imperi, in quo initio comitiorum erat conſtituta, liberata, per concluſum 30. Decemb. 1653. ſt. v. iuxta I. P. O. A. 10. §. 8. ad ſeſſionem et votum admittebatur. Anno 1662. Imperator Leopoldus ad comitia hodierna ciuitatem Bremen more ſolito iterum inuitauit; aſt denuo maxime contradicebant Sueci, nec inter turbas poſtea ſecutas ad ſuffragium in comitiis peruenire, ciuitati licuit (b).

(a) A. 1470. Bremam in comitiis adfuiſſe teſtatur SENKENBERG *l. c. p.* 387.; eandem 1473. a Friderico ad comitia eſſe vocatam, et 1541. in comitiis comparuiſſe allegat MOSER *in Staatsrecht P.* 39. *p.* 369.

(b) v. MOSER *l. c. p.* 373. *ſqq.* Qua ratione haec lis a. 1664. compoſita fuerit vid. *l. c. p.* 444. *ſ.* Inter tot ſcripta in hac controuerſia edita praecipue huc pertinent: *Suecico-Bremenſia acta publica betreffend der Stadt Bremen Vocation, Seſſion et votum in dem Reichs-Städte-Rath* 1667. Exſtat in *Diario Europaeo P. XIV. Adp. II.* Solent etiam allegari ſub titulo: *Continuatio actorum publicorum, Suecico-Bremenſium.*

## §. XXXIV.

### EXEMPLVM HAMBVRGENSE.

Similis ratione immediatis controuerſia viget inter ciuitatem Hamburg et Duces Holſatiae, quare et hi litteris conuocatoriis ad illam directis ſaepe ſeſe oppoſuerunt. Anno 1640. quum inter ceteras liberas imperiales ciuitates etiam Hamburg ad comitia eſſet conuocata, grauiſſime de eo in comitiis conquerebatur legatus Danicus et Holſatus (a) et quum hoc non attento Imperator proprio motu decretum

ſeſſionis ciuitati indulſerit, contra illud intercedebant plenipotentiarii Danici in congreſſu Oſnabrugenſi litem inter ciuitatem et Holſatiae Duces adhuc pendentem eſſe praetendentes, ſi quidem contra ſententiam cameralem in hac cauſa aduerſus Duces Holſatiae 1618. publicatam remedium reuiſorium ſit interpoſitum; quod autem in cauſſa exemtionis effectu ſuſpenſiuo carere ab Imperatore regerebatur (b). Interim tamen in hiſce comitiis ciuitatem a ſeſſione et voto abſtinuiſſe, inuenimus. Multo illuſtrior autem controuerſia haecce reddebatur, quum dicta ciuitas anno 1663. iterum ad comitia eſſet inuitata, quo facto ſcilicet a Ducibus Holſatiae tota cauſſa ad Senatum aulicum delata, et integer ibi proceſſus in puncto conuocationis ad comitia ortus eſt, de quo concluſa ſenatus imperialis aulici notatu digniſſima infra allegauimus (c).

(a) LONDORPII *acta publica T. IV. p.* 849.

(b) LONDORP *T. V. p.* 2. *ſqq.* MOSER *l. c. p.* 539. *ſqq.*

(c) Vid. MOSER *l. c. p.* 545.

" Veneris 18. April. 1664.

Holſtein contra Hamburg, in puncto conuocationis ad comitia, ſeſſionis et voti, ſiue nomine Ihrer Königlichen Majeſtät in Dännemark Dero Reſident, Andreas Pauli von Lilienkron, ſub praeſ. 1. Iun. nup. beſchwehret ſich ad longum über das an die Stadt Hamburg ergangene Conuocations-Schreiben zum jetzigen Reichstag und bittet die Verordnung zu machen, damit ſolche per errorem et male narrata beſchehene Citation caſſirt und von Unkräften erklärt, auch deſſen des Chur-Maynziſche Directorium zu erinnern, daſs wenn ſich die Stadt auf ſolche Ausſchreiben durch ihre Abgeordnete zu legitimiren unterſangen ſolte,

das Original von ihnen abgefordert, Ihrer Kayſ. Majeſt. ad caſſandum zugeſchickt und dem Reichs-Erb-Marſchall iniungirt werde, ihnen kein Reichs-Quartier oder Tafel auf der Thur zu geben, noch ad Seſſionem et Votum ſie zu admittiren; appon. copiam des Steinburgiſchen Vertrags.

